tium ex suis propriis loquitur quia mendax est et pater eius. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi. Qui ex deo est verba dei audit. ꝶ [illegible]

LECTIO HIEZECHIEL PROPHETAE.

Haec dicit dominus deus. Anima quae peccaverit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit et impietas impii erit super eum. Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est et custodierit universa praecepta mea et fecerit iudicium et iustitiam vita vivet et non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est vivet. Numquid voluntatis meae est mors impii dicit dominus et non ut convertatur a viis suis et vivat. Si autem averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius numquid vivet. Omnes iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur. In praevaricatione qua praevaricatus est et in peccato suo quod peccavit in ipsis morietur. Et dixistis Non est aequa via domini. Audite domus Israel. Numquid via mea non est aequa et non magis viae vestrae pravae sunt. Cum enim averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem morietur in eis. In iustitia sua quam [illegible]

Benedic anima mea domino et noli oblivisci omnes retributiones eius et renovabitur sicut aquilae iuventus tua.

Intro. [illegible]
Quo necessitati [illegible]
Ad te domine [illegible]
Coll.
Esto domine propitius plebi tuae et quam tibi facis esse devotam benigno refove miseratus auxilio. Per.
R. Sal.

R. Salvum fac servum tuum deus meus sperantem in te. Auribus percipe domine orationem meam.

BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 40r – Lectionarium missae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xt87/2960/33312)